rali, iurarunt ad s. Dei evangelia predictam permutationem fore utilem pro ecclesia, et permutationem ipsam modo infrascripto facere deliberarunt, auctoritate ipsius vicarii obtenta, promictentes se facturos quod d. Iacobus prior hanc permutationem firmam habebit, dederunt d. Pandulfo olim d. Cardinalis castrum Torene, positum in pertin. civit. Viterbii, « cum toto suo tenimento, vi-« delicet ipsum castrum cum terris, domibus, criptis, edificiis, iure vassallorum « et feudatariorum et ipsam turrim et edificia omnia et iura vassallorum et feu-« datariorum, vineas et possessiones et tenimenta modo infrascripto designata, « videlicet planum ante dictum castrum existens, quod Planum Torene vocatur, « cum silva que Brolium vocatur et plagis et ripis cultis et incultis iuxta et « circa dictum planum existentibus, usque ad fossatum seu rivum qui est inter « hoc tenimentum; cuius plani hii sunt confines: iuxta tenimentum Rollandi « d. Oddonis quod fuit Andree de Sypizano et iuxta et usque fossatum sive « rivum qui est inter hoc tenimentum et tenimentum castri Montis Calvelli « d. Monaldi, prout dictus rivus sive fossatus tendit versus flumen Sypiçani, « usque in pede Rocche Torene, usque ad rem dicti d. Monaldi et iuxta rem « Andree Bernardini; silva supradicta (a) que in Brodu vocatur confines sunt « hii: iuxta silvam filiorum d. Ugolini d. Alexandri, cruce mediante in quodam « saxo tofegno existenti in ripa et parte superiori, et alia cruce mediante in « quodam quatro tofegno existenti in rivo et usque ad dictas cruces et iuxta « dictum rivum existentem in pede plagiarum et morrarum ipsius castri Torene « usque Castellonclum olim d. Rollandi d. Alexandri et prout tendit dictus « rivus a dictis crucibus usque rem d. Monaldi supradicti existentem sub Roc-« checta castri Torene. Item ultra dictum rivum usque tenimentum silve « Pagane et tenimentum Castelloncli predicti campum qui Rota Torene vocatur, « iuxta rivum aque currentis, iuxta rem Andree Bernardini de Vitorclano, iuxta « terram Cole Iuliani de Monte Calvello et iuxta viam. Item supra dictam « viam campum et petium terre Malacappa vocatum, iuxta rem dicti Cole a « duabus partibus et rem Alberti de Sypiçano. Item campum Nucis, iuxta « rem Cole supradicti, iuxta rivum, rem Petri Raynerii Malvascelli de Viterbio, « rem olim Gerardi de Corviano et nunc Pilucchi de Monte Calvello et rem « Nini Raynerii de Castro Peri. Item campum Montisdonici, iuxta rem Petri « Raynerii supradicti a duobus lateribus, rem heredum Salamaris d. Bramantis « de Viterbio, rem heredum Scambii de Sypiçano, rem heredum d. Rollandi « d. Alexandri de Viterbio, que res sive campus dictorum heredum tendit usque « viam qua itur ad castellare silve Pagane. Item campum Lariane iuxta rem « et tenimentum Landulfi d. Ulfreducii de Castro Peri usque ad fossatum silve « Pagane et usque ad viam qua itur Grappignanum, iuxta rem Ursi de Vitor-« clano, iuxta rem Andree Bernardini, via in duobus locis mediante, et usque « ad fossatum Podii Ceri. Item campum qui vocatur campus de Roia, iuxta « rem filiorum d. Francisci de Castro Peri, rivo sive fossato mediante, iuxta

(a) *Corr.* silve supradicte

Biblioteca Consorziale di Viterbo

« tenimentum heredum d. Rollandi supradicti ex parte superiori usque Castel-
« lonclum. Item campum Plani Romicis, iuxta rem Petri Raynerii Malvascelli
« et iuxta viam. Item terram et valles cum campo de Vaschutiis et silva
« existenti iuxta campum Proximum dictum usque ad morras, iuxta res etiam
« filiorum d. Ugolini supradicti a pluribus partibus et iuxta rivum. Item cam-
« pum Monasterii dictum, iuxta rem filiorum d. Ugolini et iuxta rivum et alios
« suos confines, rem heredum d. Rollandi d. Alexandri. Item tenimentum et
« possessiones quas habuit ad livellum Scambius Canonici de Sypiçano posita
« in pertinentiis Montis Calvelli iuxta rem d. Monaldi ab omni parte et alios
« suos confines » et omnia existentia infra confines supradictos. Pro eo quod
d. Pandulfus causa permutationis dedit pbro Matheo terras et totum ipsius
d. Pandulfi tenimentum et territorium quod habebat in pertinentiis Viterbii
« in loco qui dicitur Planum Magugnani et Monte Morro, iuxta rem heredum
« d. Acçonis d. Sinibaldi, iuxta rem eccl. S. Mathei de porta Sonze de Viterbio,
« iuxta rem heredum Ildibrandini d. Abinturati, rem heredum Bartholomei, rem
« Pauli d. Angeli Brunacii, rem mag. Nordi (a), rem Petri Albertucii et iuxta
« duas vias publicas a duobus lateribus: ..... et vineam positam in contrata
« Carvigliani iuxta rem Applanamontis Nicolai Viterbuli et viam a duabus par-
« tibus et alios suos confines ubicumque sunt », et pro eo quod d. P. promisit
ad canonicorum voluntatem emere campum .XIIII. staratarum in contrata Plani
Magugnani, iuxta terras supradictas, positum in Plano Magugnani aut iuxta
terras quas eccl. habet in contrata Plani Magugnani, ita quod placeant cano-
nicis. Et dedit d. Pandulfus dicto vicario .L. fl. de auro, causa convertendi in
utilitatem eccl.; et ut cautius esset de dictis .XIIII. staratas terrarum emenda-
rum .IIII. lib. den. papar. in turon. crossis de argento Petro Albertucii et penes
eum deposuit: ita quod si Pandulfus emeret terras dictas et Petrus dictam pe-
cuniam, canonicis volentibus, dabit ei; si non emeret, dabit capitulo, prout ple-
nius patet manu mei Viti. Ad invicem concedunt facultatem intrandi in pos-
sessionem rerum permutatarum. Vicarius et canonici promiserunt se facturos
quod Iacobus prior hec omnia rata habeat et Pandulfus promisit se curaturum
quod Raynerius qd. d. Cardinalis d. pp. capellanus ratificabit. Pena .D. march.
arg. Uterque iuravit ad s. Dei evangelia D. Angelus archipbr Viterbiensis
et vicarius epi consensit. — Viterbii, in claustro S. Laurentii. Presentibus
d. Visconte Gacto, d. Petro Quintavallis iud. de Civitate Castellana, d. Andrea
iud., pbro Francisco et pbro Iusto cann. Viterb., mag. Falcono mag. Rollandi
not., mag. Bartholomeo Petri not., Petro Martano, mag. Angelo Servati, Petro
Albertucii, Leonardo Angeli d. Petri Poli, Iohanne Raynerii, Vanne Ormanni,
Senzo mag. Ildibrandini et Angelo Iohannis.

Iisdem anno, die, madonna Moluma uxor d. Pandulfi olim. d. Cardinalis
madonna Letitia uxor Petri et d. Angela uxor Capocii filiorum ipsius d. Pan-
dulfi permutationi suprascripte consenserunt. — Viterbii, in domo d. Pandulfi.

(a) *Forse* Nardi

Biblioteca Consorziale di Viterbo

Presentibus Petro Albertucii, Iacobo Fatii, Senzo mag. Ildibrandini, Guido Angeli Guidonis, Mutio Iohannis, Iohanne Blasii, Christofano Angeli Bellocci, Conte Gregorii et Petro Martani.

Vitus Bartholomei a. U. pref. auct. iud. ord. et nunc not. Petri Viterb. et Tuscan. epi.

CCCLXX a.

Intorno all'a. 1291?

Orig. membran. n. 758. Sono perduti i primi righi e parte di altri nel mezzo dell'atto; qua e là sono disseminate varie macchie di umidità. La data è avvicinata all'a. 1291 dal confronto coi nn. CCCLXVIII, CCCLXIX.

..... [donat archipresbitero et capitulo eccl. S. Laurentii Viterbiensis pro capella] beate Marie de Na[çaret domum que habet]... parte ipsius ecclesie versus palatium episcopale et dotem suam .CCC. lib., sub condicionibus ut de fructibus unus capellanus et sacerdos habeat vestimenta, mensam comunem archipbro et cann. sicut unus ex his; qui capellanus sit perpetuus in officio sacerdotali in ecclesia et capella, et dicat ibi missam et horas canonicas .... Eligant capellanum archipbr et cann. [Si non eligerint] intra .VI. menses, ep. qui tunc erit ... eligat illa vice. Hec omnia post mortem Francisci [d. Amatoris]; dum ipse vivit mensam comunem canonn. conservet, pro qua .X. lib. annuatim solvat, et percipiat fructus dotis, salvo quod si totus annus non manducaret in mensa, quod pro rata non solvat. Et si Franciscus vellet quod capellanus esset in capella, de fructibus dotis det ei vestimenta et solvat pro mensa alias .X. lib. — Viterbii, in claustro S. Laurentii. Coram pbro Petro can. S. Laurentii, pbro Iusto qui solet stare ad Palenzianam et Petrutio et Vanne scolaribus famulis ecclesie, et Lello famulo archipbri.

Fratellus auct. .... iud. ord. atque not.

CCCCXIII a.

1296, luglio 27, Viterbo.

Copia autent. di « Iohannes mg. Roberti » nella *Margh. Cleri*, c. 33 A, tratta da altra copia del 29 genn. 1298 dal notaio Giovanni di maestro Rollando di Falcone not. presenti « pbro Ianne « can. Viterbien. et preposito S. Fortunati, pbro Petro capell. Viterbien. eccl., mag. Petro Salamaris, « mag. Nicola mag. Viti notariis et ser Iacobo Bartholomei iudice ord. qui huic exemplo suam auct. « interposuit ». In margine Giovanni di maestro Roberto scrisse « Iohannis Roberti macellarii ».

Anno Nativitatis .MCCLXXXXVI., tempore Bonifatii VIII pp., mense iulii, die .XXVII., ind. .IX.

Iannes Roberti infirmus testamentum facere procuravit. In quo quidem reliquit pro anima sua d. epo Viterbiensi, si intererit eius sepulture, .XX. soll. den. papar. minut. &c. Item mandavit quod domus sua cum turri, posita in contrata S. Leonardi iuxta rem dne Altavinute, rem Nicolai Angeli Rollandini

Biblioteca Consorziale di Viterbo

et viam publicam, vendatur et detur Vanni nepoti suo pro .c. lib. papar., si voluerit emere; alias vendatur cuicumque poterit et plus offerenti detur et de pecunia ematur aliqua possessio et de fructibus possessionis fiat quolibet anno die sue mortis anniversarium in eccl. S. Systi, et ibi conveniat totus clerus Viterbien., et celebretur ibi missa solemniter, et emantur due facule de una libra cere et quatuor libre candelarum, et quilibet clericus habeat candelam in manibus accensam quousque missa cantatur; de residuo pecunie archipbr S. Sixti habeat .IIII. soll. et quilibet can. .II. soll.; alia pecunia dividatur inter clericos sicut dividi potest et debet secundum consuetudinem clericorum; et predicta mandavit fieri per executorem infrascriptum, et post mortem executoris per archipbrm S. Sixti, archipbrm S. Laurentii et unum de rectoribus maiorum ecclesiarum; et nisi predicta fiant, voluit quod eccl. S. Sixti cadat a iure suo &c.— Viterbii, in domo testatoris. Coram pbro Vitali can. S. Sixti, Matheo can. S. M. Nove, Lando mag. Tebaldi de Orto, Raynaldo Timidei de Civitate Castelli, Cecco Petri d. Angeli, Guidotio Guidi, Pascali Egidii, Martino Tani.

Thomas Senensis auct. S. R. E. not.

CCCCXVIII a.

1297, aprile 24, Viterbo.

Copia autent. nel *Cat. S. Stefano*, c. 15 n.

Anno Nativitatis .M.CC.LXXXXVII., tempore Bonifatii pp. VIII, die .XXIIII. aprilis, ind. .X.

Ser Chele et Petrus cann. S. Stephani de Viterbio procuratores prioris et capit. eccl. ut patet manu mei Viti not. constituti, ex parte una, et d. Petrus d. Pandulfi de Cardinale procurator d. Pandulfi ut patet manu mag. Velardi Petri, ex parte alia, de omnibus litibus que erant vel esse poterant inter eos occasione silve posite in pertin. Torene in locu qui dicitur in Brodu, iuxta rem d. Pandulfi a duabus partibus, rem filiorum d. Ugolini, rivum, morras; et silve posite in contrata * * * * iuxta rem dominorum castri Civitelle, rivum et rem d. Pandulfi; et cuiusdam petiole terre posite in pertin. dicti castri iuxta suos confines; et occasione certe quantitatis florenorum quos prior et capit. dicunt Petrum Albertutii eis dare debere, et ex quacumque alia causa, promiserunt in d. P[etrum] Viterbien. et Tuscan. ep. et d. Rocchiscianum iud. tamquam in arbitros cum licentia cognoscendi questionem et assignandi d. Pandulfo de possessionibus ecclesie donec arbitrium sit latum. Pena .cc. lib. den. papar. — Viterbii, in palatio episcopatus Vit. Presentibus mag. Iacobo Guerri, mag. Angelo Leonardi not., Ioanne Actaviani, pbro Iacobo de Tulfanova, Toma, Simonecto et Acconçarella domicellis d. epi.

Nos Petrus Vit. et Tuscan. ep. et Rocchiscianus iud. cognoscentes questionem comode ad presens finiri non posse, arbitramus quod d. Pandulfus usufructet ad modum consuetum vineam eccl. positam in contrata Carvigliani,

Biblioteca Consorziale di Viterbo

iuxta viam a duabus partibus et rem olim Applanamontis, pro dampnis que substinet et passus est occasione silvarum &c. molestatarum donec silva situata in Bredu seu Brodu libera sine questione fuerit per ipsum priorem et capit. restituta. — Viterbii, in palatio episcopatus. Presentibus ser Michele et Petro cann. S. Stephani procuratoribus prioris et capituli, Petro filio et proc. d. Pandulfi, pbro Iacobo de Tulfanova, Iohanne Octaviani &c. (a).

CCCCXXI a.

1298, gennaio 2, Viterbo.

Copia autent. di mano del notaio « Iohannes Roberti » nel *Cat. S. Stef.* c. XIX r.

Anno Nativitatis .M.CCLXXXXVIII., tempore Bonifatii pp. VIII, mense ianuarii, die .II., ind. .XI.

D. Robertus prior, ser Michael, pbr Bartholomeus, ser Andreas, pbr Matheus et ser Petrus cann. S. Stephani Viterbiensis facientes capitulum in palatio ecclesie more et loco solito, attendentes quod eccl. in multis expensis ob contemptionem et defectum in communi et pro dicta eccl. necessariorum passa est multipliciter retroactis temporibus detrimenta, ac cupientes quod ipsa eccl. deinceps occasione predicta non patiatur aliquam lesionem, sed cum evidens utilitas vel vigens necessitas pro fabrica, paramentis et libris et reparatione vel fabrica ecclesie vel alia evidenti utilitate vel necessitate ipsius postulaverit ut alicuius possessionis ipsius eccl. fructus perpetuo deputetur pro hiis, unanimiter ordinaverunt quod omnes fructus deinceps proventuri ex terris que vocantur Prata Campu in contrata Ferenti, iuxta fossatum Vallis Canalis, fossatum Vecçe et viam publicam, in perpetuum per camerarium percipiantur et in emptione paramentorum vel librorum aut fabrica eccl. convertantur. — Viterbii, in palatio eccl. Presentibus Veriçono Girardi Consillerii, Nicola Odi, mag. Angelo Iohannis et Cola Blandi.

Angelus olim mag. Simeonis not. auct. imp. iud. ord. et not.

CCCCXXXIII a.

1299, settembre 10, Viterbo.

Nella *Margherita Cleri*. c. 1 A. Copia autent. tratta da una copia autent. di mano di Filippo « qd. Iacobi auct. a. U. sacri pref. iud. ord. atque not. » alla presenza di « pbro Philippo S. Viti re« ctore, mag. Gilio olim mag. Nicolai notario, mag. Iohanne Donadei iud. ord. et not. qui aucto« ritatem interposuit, a. D. 1312, ind. .X., die .XXVI. ian. ».

Anno Nativitatis .M.CCLXXXXVIIII., tempore Bonifatii VIII pp., mensis septembris die .X., ind. .XII.

(a) *Segue in pari data la promessa di Pietro che restituirà la vigna quando gli arbitri lo comandassero e il capitolo desse le terre in questione.*

Biblioteca Consorziale di Viterbo

Mgr. Iohannes qd. mag. Bartholomei medicus, prole ad presens carens, testamentum condidit. In primis pro anime sue salute reliquit d. Viterbiensi epo .x. soll. papar.; legavit mag. Nicolao mag. Bartholomei in cuiuslibet (a) filiorum et filiarum eius pro quolibet et qualibet .v. soll. cortun. parv.; bona sua alia mobilia et immobilia ad pios usus deputavit hoc modo: videlicet quod statim post mortem suam Viterbien. ep. mictat pro pbro et rectore S. Iacobi, quem suum executorem ad hec constituit, et faciat ipsum iurare quod de bonis omnibus ipsius Iohannis inventarium presente nuntio epi faciat, et bona omnia conservet et non alienabit sed proventus expendet iuxta ordinationem presentem, iubens omni anno in die obitus sui de sero precedenti pulsari campanas ad vigiliam et dici vigilias per omnes eccl. de Viterbio, et die dicta congregari clerum Viterb. in eccl. S. Iacobi et dari cuilibet venienti ad missam totam una (a) candela et .vi. den. papar.; et pbro S. Iacobi .x. soll. pro orationibus et officiis, ita quod quilibet pbr dicat missam pro anima sua in sua eccl.; et epo Viterb. lib. .iii. papar. ut eos (a) eroget inter pauperes mendicantes et non religiosos pro anima illorum a quibus aliquid indebite ad eum pervenit et pro satisfactione indebite acquisitorum; et si dicta die obitus fieri non posset, fiat infra triduum; et fructus qui supererint, prout infra annum diversis temporibus fieri poterit, de eis fiat huiusmodi officium et clericorum congregatio et misse celebrentur ad dictam rationem; voluit etiam quod bona eius alienari ullo modo non possint vel alio modo ad usum alium deputari, et si fieret per pbrm S. Iacobi, aut pbr S. I. negligens fuerit aut fraudem fecerit vel omni anno rationem coram d. epo non posuerit, cadat ipse rector a iure executionis ipso facto et huiusmodi officium ad archipbrm S. Sixti devolvatur, et si archipbr mandatum non adimpleret diligenter &c. cadat ab executione et devolvatur ad priorem S. M. ad Gradus, et si prior erit negligens &c. devolvatur officium ad ep. Viterbien. — Viterbii, in domo notarii infrascripti. Presentibus pbro Iohanne capell. S. Iacobi, pbro Falcone priore S. Martini, Iacobo S. Nicolai, Ioseppo S. Leonardi pbris, Tucio S. Marie in Palumba can. et pbro, Ventura et P. S. Marie Nove can. ecclesiarum Viterbien.

Vitus Bartholomei auct. a. U. pref. iud. ord. atque not.

CCCCXXXIII b.

1299, novembre 4, Viterbo.

Copia di mano di « Iohannes mag. Roberti » in *Margherita Cleri*, c. 29 A. A c. 40 B è ricordata la vendita a Pietro della casa qui nominata, avvenuta in questo stesso giorno 4 nov. 1299 (era la casa di cui il doc. CCXXXII), e si aggiunge che « locata fuerat ad livellum in perpetuum ad Bernar« dum olim Thome Bernardi de contrata Vallisplane, a quo pbr Iannes emerat, Egidio olim Petri Ti« neosi de plano S. Faustini et suis heredibus quolibet anno reddendum in festo s. Angeli de mense « septembris .iv. lib. et .x. soll. papar., ut patet manu Barth. Leonardi Iohannis Blanci not. De qua

(a) *Così il testo.*

Biblioteca Consorziale di Viterbo

« quidem indivisa parte cum dicto pbro Iohanne debet habere clerus quolibet anno .XLV. soll. papar., « alia medietas remanet dicto pbro Iohanni can. Viterbien. ».

Anno D. .MCCLXXXXVIIII., tempore Bonifatii VIII pp., mense novembris, die .IIII., ind. .XII.

Pbr Iohannes Iannis Salamonis olim de Iuglanello vendidit d. Roberto priori eccl. S. Mathei porte Sunse, pbris Iohanni capellano S. Andree et Matheo capell. S. Blasii de Viterbio, ementibus nomine cleri civitatis Viterbii, medietatem pro indiviso vinee cum terra et prato, positam in contrata plani Carnaiole, iuxta rem olim d. Gronne d. Synibaldi, rem Raynaldi Bentivegne, rem Venture Compagnonis, viam et alios confines. Pro pretio .XXXVII. lib. bon. den. papar. Cum quo quidem pretio .XXXVII. lib. papar. fuerunt .XXXIIII. lib. papar., quas venditor et emptores receperunt nomine cleri a d. Petro priore S. Luce, pretio cuiusdam medie domus ipsius cleri per eos vendite Petro, posite in contrata S. Luce, iuxta rem ipsius Petri, vias publicas et alios confines. Pena dupli. Et incontinens venditor fecit procuratorem Symeonem Andree ad dandum tenutam corporalem emptoribus de rebus venditis. — Viterbii, in domo eccl. S. Laurentii. Presentibus Guastapane olim de Suriano, Iohanne Nulphi, Raynaldo Plenerii et Symone Andree.

Iohannes Petri Egidie auct. a. U. pref. not.

CCCCXXXVI a.

1300, gennaio 14, Viterbo.

Copia autent. di « Ioh. mag. Roberti » nella *Margh. Cleri*, c. 28 v.

Anno Nativitatis .MCCC. (a), tempore Bonifatii VIII pp., ind. .XIII., die .XIIII., mense ianuarii.

Pbr Iohannes de Iulianello can. Viterb. inter vivos donavit d. Roberto priori S. Mathei da Sunsa, pbro Iohanni cappellano S. Andree de Plano, pbro Matheo cappell. S. Blasii ecclesiarum Viterb., rectoribus totius cleri civitatis, nomine universitatis cleri, medietatem vinee et terre seu lame quam et quas habet pro indiviso cum dicto clero, positas in ten. Viterbii in loco qui dicitur de Carnaiolis, iuxta rem olim d. Gronde d. Synibaldi, rem Raynaldi Bentivegne, rem Venture Compagnonis, viam et alios fines. Reservavit sibi usufructus toto tempore vite sue; post mortem mandavit quod in die obitus sui, vel alio quo congruentius videbitur ordinare, in perpetuum fiat solemne obsequium in eccl. Viterbien. ab ipso clero pro an. pbri Iohannis suorumque consanguineorum, benefactorum et omnium fidelium defunctorum hoc modo: dictis missis in propriis eccl., statuto die, congregetur totus clerus ad eccl. Viterb. et ibidem agatur solemnis missa defunctorum, qua finita, redditus dictarum vinee, terre et lame distribuantur more solito inter ipsum clerum per manus recto-

(a) *La terza* c *fu poi rasa.*

Biblioteca Consorziale di Viterbo

rum cleri una cum sacrista seu camerario capit. Viterb., qui sint solliciti recolligere dictos fructus tali tempore ut in die obsequii habeant preparatos. Quod si dictus clerus hoc facere recusaret, cadat a iure suo et succedat ei capitulum Viterbien., faciendo officium defunctorum sicut consuetum est facere in aliis anniversariis, et de redditibus facere (a) tres partes, una quarum sit eccl. Viterb., alia domorum religiosorum ubi sit conventus, tertia vero hospitalium civitatis Viterbii. — Viterbii, in camera eccl. Viterbien. in qua idem pbr. Iohannes moratur. Coram ser Nicolao can. Viterbien., ser Francisco can. S. Mathei, pbro Salvi capell. Viterbien. eccl., fre Albertino Petri Fortisguerre, fre Servedeo de S. Clemente, mag. Gerardo Bonavere et Donato eius fratre, Nicolao Telli Marcualdi.

Iohannes mag. Rollandi Falconis not. auct. a. U. pref. not.

CCCCXLI.

Verso la metà del sec. XIII.

Copia semplice membran. Mancano luogo, testimoni e corroboratio. Danneggiatissima dall'umidità che tutta ha fatta svanire la parte interessante, lasciando leggere solo le formule di promessa del risarcimento, della difesa, della ipoteca e parte delle condizioni per la restituzione o meno, data la soluzione del matrimonio o volontaria o per morte. Della datazione forse, con molta buona fede, si potrebbe leggere: « .M.CC. .... tpb' »; ma non ci giurerei: i caratteri sembrerebbero della metà del XIII sec.

A. D. [.M.CC. .... temporibus ..... die] .XIIII. intr., ind. .IIII.

.... Laurentius ..... confessus est se recepisse a Iohanne ..... dante pro filia sua Autilia uxore Laurentii, nomine dotis, quedam bona inter quae terram cum petraria, positam in contrata Arçonis; et fecisse uxori donationem propter nuptias, sub quibusdam conditionibus. Obligavit bona sua, iuravit ad sancta evangelia .....

CCCCXLII.

Seconda metà del sec. XIII.

Papa ..... nomina Guglielmo [Vi]lemant (?) canonico di Chartres.

Orig. (?) membran. n. 752. Evidentemente è un frammento di bolla pontificia che pei caratteri e pel contenuto pare appartenere alla seconda metà del sec. XIII, certo a un successore di Gregorio IX. Manca tutta la parte sinistra. Il luogo del datum è in bianco. Viene il dubbio che si tratti di copia preparata ma non datata nè firmata, dacchè pur rimanendo margine a sufficienza inferiormente, non v'è traccia della subscriptio. La prima riga ha le iniziali e le lettere alte allungate. Era stata adoperata per coprire un *Convivio* di Dante, come ci dice la scritta della parte che faceva da dorso; fu trovata dal Bevilacqua.

[Ca]pitulo singulisque canonicis eccl. Carnotensis. Vite ac mor[tis] ... .lemant clericus Bituricensis apud nos fidedigno commendatur testimonio

(a) *Corr.* faciat

Biblioteca Consorziale di Viterbo

nos inducunt ... um per felicis recordationis Gregorium pp. VIIII predecessorem nostrum ad tunc episcopum ... rinae de canonicatu et prebenda aut dignitate, personatu, administratione vel .... eclia vel eius perpetua vicaria aut capella sive perpetua capellania fuerit ad vestram .... sit ac volentes prefato Guillermo premissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere .... sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis .... entes et absolutum fore censentes. nec non omnia et singula beneficia ecclesiastica .... spectat ac in quibus et ad que ius sibi quomodolibet competit quecumque quotcumque et qualia .... e presentibus pro expressis habentes motu proprio non ad ipsius Guillermi vel alterius ..... lica scripta mandamus quatenus si vobis pro alio non scripserimus, qui simile mandatum aut ... fficium vestre vel alterius ecclesie aut aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura .... collationem, provisionem, presentationem, nominationem seu quamvis aliam dispositionem ... in modo talis dignitas electiva non existat cum creatione in canonicum vestre vel alterius .... ne vel officio provideri possit inf... um effectu illius ecclesie canonicus existat canonicatu ..... dignitatem, personatum, administrationem vel officium obtinendi dumtaxat et non ate.... ensem postquam presentes litere vobis presentate fuerint extra Romanam curiam vacare cen.... et de illo vel illa provideatis seu ipsum ad illum, illam vel illud presentetis aut nomine .... di dignitatem, personatum, admin. vel off. huiusmodi recipiatis, stallumque sibi in .... ratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende aut ..... defendentes inductum ac facientes Guillermum vel pro eo procuratorem predictum ..... que fuerit ut moris est admitti sibique de illius vel illorum fructibus et redditibus proventibus .... rum numero et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte vestre vel alterius .... bus contrariis quibuscumque aut si vobis communiter vel divisim ab apostolica sit Sede indul..... seu dignitatibus, personatibus, administr. vel off. ipsius vestre vel alterius ecclesie .... ionem seu quamvis aliam dispositionem comuniter vel divisim pertinentibus nulli valeat ... ei mentionem. Et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque ..... impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in .... vandis statutis et consuetudinibus vestre vel alterius ecclesie predicte solitum iuramen.... raliter illud prestet. Dat..... anno Incarnationis dominice.....

CCCCXLIII.

Fine del secolo XIII.

Orig. membran. cui manca tutto il protocollo, la expositio, il dispositivo e le clausole, rimanendo solo l'accenno del giuramento e la fideiussione con le rinuncie dei fideiussori alle exceptiones possibili. È perduto anche il nome del notaio, però i caratteri ci dicono che è Giovanni di Rolando, e quindi la data è approssimativamente fissata a dopo il 1275 (cf. nn. CCXCII, CCCII), come del resto si poteva arguire dai nomi di Fratello e Omicisco notari testimoni, che rogano sino agli

Biblioteca Consorziale di Viterbo

ultimi anni del 1200 (nn. CCCXLIII, CCCXXX) e da quello di Bonushomo, vivo nel 1285 (n. CCCXLI). Che si tratti del capitolo di S. Lorenzo lo dice il nome di Corraduccio che nei docc. CCCXX, CCCXXIII è detto famigliare di Corrado arciprete di S. Lorenzo. N. 762.

..... [iuravit] ad s. D. evangelia. Insuper Petrus d. Conversani iudicis et Bonushomo Iohannis Bonihominis precibus venditoris fideiusserunt apud emptorem acceptantem et recipientem tam pro se quam pro ecclesia. — Viterbii, in claustro eccl. S. [Laurentii]. Coram d. Fratello iud., mag. Uguicione de Valle et mag. Homicesco Iacobi Homicesci not., pbro Iusto, Petrucio Iannis Rose de Iulianello, Mathiolo et Corraducio familiaribus dictorum archipbri et capituli.

[Iohannes Rollandi Falconis not. a. U.] prefecti auct. not.

CCCCXLIV.

Fine del secolo XIII.

Orig. membran. cui furono strappate le prime linee. Per la data cf. n. CCCCXVII dell'a. 1297. Questa forse è posteriore, perchè ivi il notaio è detto « Ang. mag. Angeli »; qui « Ang. qd. mag. A. ». N. 760.

Iacobus .... [cessit omnia iura et actiones] que et quas habebat in medietate cuiusdam petii prati, quod asseruit se ad livellum habere a d. Benvenuta predicta ad certum reditum annuum; positum in contrata Strate Vetule, iuxta rem Benvenute a pluribus partibus et viam, salvis iuribus dominii et proprietatis d. dicte, que habet in re vendita; pro pretio .xv. soll. papar. quos recepit. Pena dupli. — Viterbii, in domo olim d. Martini. Coram Iutio Benecase et Silvestro mag. Angeli.

Angelus qd. mag. Angeli not. a. U. prefecti auct. iud. ord.

Biblioteca Consorziale di Viterbo

RLZ 300180
316732

Biblioteca Consorziale di Viterbo

Biblioteca Consorziale di Viterbo

RLT 300180
316732

Biblioteca Consorziale di Viterbo

Biblioteca Consorziale di Viterbo

Biblioteca Consorziale di Viterbo

RML 81410
316733

Biblioteca Consorziale di Viterbo

Biblioteca Consorziale di Viterbo